dulta, & alias gratias, tam per eum, quàm per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores ſuos, & Sedem eandem quomodolibet Mendicantibus Ordinibus cõceſſa, eorum omnium ac deſuper, & tam ſub plumbo, quàm ſub forma Breuis confectarum literarum tenore, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro expreſſis & inſertis habens, ad ipſam congregationem Ieſuatorum, illius Fratres, Domos, Eccleſias, & loca quæcunque de nouo, quo ad ea, quæ eorum regulę & modo viuendi non repugnant, tantum auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium extendit. Et amplius ipſos verè Mendicantes, & ſub Mendicantium Ordinibus eſſe, & comprehendi debere. Nec non omnia & ſingula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus huiuſmodi declarata, & modificata etiam pro congregatione huiuſmodi, eiuſque Fratribus declarauit et modificauit. Ita habetur in libro Conſtitutionum Pontificalium, & refertur à Fratre Emanuele. Tom. 1. qq q. 55. art. 4.

9 ¶ Et Gregorius. 13. apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatorìs prima die Februarii anni Domini. 1578. Pontificatus ſui anno 6. in